

Aduertencias para

Curati sunt scientifici, poterunt quoq; sacrā
Scripturam, virtutes moresq; bonos, & alia
altiora plebem suam docere. Dato hoc non
sit proprie eorum officium, sed [vt dixi] ar-
ticulos, præcepta &c. ¶ Ecce quæ tene-
tur Curatus docere plebem suam. Et Epif-
copus non potest prohibere di&is Curatis,
ne prædicent articulos, & præcepta Dei, &
Ecclesie Sacramenta, & quomodo sunt per-
cipienda, quia hæc pertinent ad officium eo-
rum. Et hæc possunt facere auctoritate supe-
rioris, scilicet Iuris Canonici, & Concilij
Triden. Vide Soto in. 4. dist. 18. q. 2. art.
5. Vbi tractat quæ possint Episcopis prohibe-
re Curatis. Non tamen poterit Curatus da-
re licentiam Sacerdoti prædicandi, nisi aliàs
sit approbatus ab Episcopo loci, vbi prædi-
caturus est, quia Concilium reseruat hoc so-
lis Episcopis. Sess. 6. cap. 2. §. Regulares
vero. Et Magister Gallo. 2. 2. q. 187. dicit
esse peccatum mortale contra hoc facere. Po-
terit tamen Curatus Parocho alterius populi
[eiusdem tamen Episcopatus] committere,
vt prædicet, quia approbatus ab Episcopo est.
Ex his vides, quomodo necessario debet Cu-
ratus scire linguam Indorum, quia aliàs non
potest